

obtenta nullatenus possit. Quia porro societatis huiusmodi omnes et singulis
 exceptionibus, immunitatibus, privilegiis, gratiis, et indulgentiis, ipsi pro tempore
 muniendis societatibus per quales porro dei ordinis pro tempore in specie, seu in
 genere concessis uti, et gaudere libere, et licite valeant, ex ista nostra auctoritate
 apostolica tenore presentium statuimus, decernimus, et ordinamus, ac pre-
 missa omnia, nec non quod prefata societas iuxta quandam concessionem pri-
 ori et fratribus predictae domus sancti Salvatoris per quendam Nicolaum gna-
 lem porro dei ordinis concessam in omnibus et singulis bonis mobilibus
 et immobilibus presentibus et futuris omnibus et singulorum fratrum dictae socie-
 tatis presentium et futurorum quocumque et qualiacumque huiusmodi
 bona fuerint, et si illa ipsi fratribus ad eorum vitam concessa extiterint
 plenarie succedant, ipsaque bona ad dictam societatem cum fratribus ad ipsorum
 transmittentibus corpore devolvantur, ac proveniant porro et fratribus dictae
 societatis presentibus et futuris perpetuo secundum pariter et indulgentiam
 huiusmodi obstantibus constitutionibus, et ordinamentis apostolicis, ac omnibus et sin-
 gulis in aliis nostris litteris predictis quas alias in suo robore permanere, et
 quas nec non presentes in omnibus et per omnia observari volumus, decernimus,
 atque mandamus non obstando volumus, ceterisque quibuslibet.
 Volumus autem quod si quod absit observantia huiusmodi in dicta societate cessare
 contingerit, presentes littere eo ipso sint casae, et irritae, nullique roboris
 vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessio-
 nis, constitutionis, ordinamentis, statuti, mandati, et voluntatis
 infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare
 presumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli
 apostolorum eius, se noverit incursurum. Datus Rome apud sanctum Petrum,
 anno incarnationis dominice 1443, 9º calendas decembris pontificatus nostri
 anno 13.